

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Mirabile siue miraculum t
cum uariis

Miramur eciam quare cocodrillus manducans inferiorem molam non mouet, et quomodo salamandra illesa in igne permanet. Quis dedit hericio spinas et docuit eum ut se pomis turbine discussis inuoluat quibus honustus incedens stridet quasi plaustrum, et formica yemis superuenture prescia granis horrea sua replet, aranea quoque de uisceribus suis laqueos nectit ut predam capiat? Isti sunt testes sapiencie Dei.

Ibidem.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

eciam quare] quare etiam P V¹ V² L¹ L²; cocodrillus] crocodilus V² L¹ L²; illesa in igne] in igne illesa P V¹ V² L¹ L²; hericio] heritico M; inuoluat] inuoluas M; plaustrum,] plaustrum? V² L¹ L²; superuenture] superueniente C; capiat?] capiat. V² L¹ L²